

• 160 •

non sunt alterius speciei a virtutibus acquisitis. Virtus enim acquisita et virtus infusa secundum predicta non videntur differre nisi secundum ordinem ad ultimum finem. sed habitus et actus humani non recipiunt speciem ab ultimo fine sed a proximo. non ergo virtutes morales vel intellectuales infuse differunt specie ab acquisitis. **S**ed habitus per actus cognoscuntur. sed idem est actus participantis infuse et acquisite scilicet moderari concupiscentias tactus. ergo non differunt. **S**ed virtus acquisita et infusa differunt secundum illud quod est immediate a deo factum et a creatura. sed idem est specie homo que deus formatur ut et que natura generat. et oculus que ceco nato dedit et que virtus formata causat. ergo videtur quod eadem sit specie virtus acquisita et infusa. **S**ed contra. quilibet differentia in diffinitione polita mutata diversificat speciem. sed in diffinitione virtutis ponitur quod deus in nobis et sine nobis operatur ut super dictum est. ergo virtus acquisita cuius non dicitur non est eiusdem speciei cum infusa. **R**espondeo. dicitur quod dupliciter habitus distinguuntur specie. uno modo sicut predictum est. secundum speciales et formales rationes obiectorum. obiectum autem virtutis cum suis est bonum desideratum in materia. sicut participantis obiectum est bonum desideratum in concupiscentiis tactus. cuius quidem obiecti formalis ratio est a ratione que ministrat modum in hiis concupiscentiis. materiale autem est id quod est a parte concupiscentiarum. manifestum est autem quod alterius rationis est modus impositus in homini concupiscentiis secundum regulam rationis humane et secundum regulam diuinam. puta in suppositione ciborum ratione humana modus statuitur ut non necet valitum vini corporis nec impediat rationis actum. secundum autem regulam legis diuine requiritur quod homo castiget corpus suum et in seruitute redigat per abstinentiam cibi et potus et aliorum hominum. unde manifestum est quod participantis infusa et acquisita differunt specie. et eadem ratio est de aliis virtutibus. **A**lio modo habitus distinguuntur specie secundum ea ad que ordinantur. non enim eadem species sanctas hominis et equi. propter diuisas naturas ad quas ordinantur. et eodem modo dicit philosophus in iiij. politici. quod diuersas sunt virtutes civium secundum quod bene se habeant ad diuersas politicas. et per hoc etiam modum differunt specie virtutes morales infuse per quas homines tenent se habent in ordine ad hoc quod sunt ciues seorum et domestici dei et alie virtutes acquisite secundum quas homo tenent se habet in ordine ad res humanas. **A**d hoc dicitur quod virtus infusa et acquisita non solum differunt secundum ordinem ad ultimum finem. sed etiam secundum ordinem ad propria obiecta ut dictum est. **A**d hoc dicitur quod alia ratione modificat concupiscentias desiderabilium tactus participantis acquisita et participantis infusa ut dictum est. unde non habent eundem actum. **A**d hoc dicitur quod oculus ceci non deus fecit ad eundem actum ad que formatur alij oculi secundum naturam. et ideo fuit eiusdem speciei. et eadem ratio esset si deus vellet miraculose causare in homine virtutes quales acquiruntur ex actibus. hinc non est in proposito ut dictum est.

Deinde considerandum est de proprietatibus virtutum. **E**t primo quidem de medio virtutum. **S**ed de conexione. **T**ercio de equalitate earum. **Q**uarto de ipsa duratione. **C**irca primum queritur quantum ad. **P**rimo utrum virtutes morales sint in medio. **S**ed de verum medium virtutis vel rationis sit medium rei vel rationis. **T**ercio utrum virtutes intellectuales consistant in medio. **Q**uarto utrum virtutes theologice. **D**icitur sic proceditur. videtur quod virtus moralis non consistat in medio. ultimum enim repugnat rationi medij. sed de ratione virtutis est ultimum. de enim in primo de celo quod virtus est ultimum potentie. ergo virtus moralis non consistit in medio. **S**ed id quod est maximum non est medium. sed virtutes morales tendunt ad aliquid maximum. sicut magnanimitas est circa maximum honores. et magnificencia circa magnos superius ut de iiiij. eth. ergo non omnis virtus moralis est in medio. **S**ed si de ratione virtutis moralis sit esse in medio oportet quod virtus moralis non perficitur nisi corruptatur per hoc quod tendit ad extremum. si quaedam virtutes morales perficiuntur per hoc quod tendit ad extremum. sicut vigintias que abstermet ab omni delicabili venere. et sic tenet extremum quod est perfectissima castitas. et dare omnia pauperibus est perfectissima misericordia vel liberalitas. **S**ed videtur quod non sit de ratione virtutis moralis esse in medio. **S**ed contra est quod philosophus dicit in iiij. eth. quod virtus moralis est habitus electius in medietate existens. **R**espondeo. dicitur quod sic ex super dictis per virtus de ratione sui ordinat hominem ad bonum. moralis autem virtus proprie est perfectiva appetitus peris anime circa aliquam determinatam materiam. mensura autem et regula appetitus motus circa appetibilem est ipsa ratio. bonum autem cuiuslibet mensuratum et regulatum consistit in hoc quod conformetur sue regule. sic bonum in artificialibus est consequantur regulam artis. malum autem per consequens in homini est per hoc quod aliquid discordat a sua regula vel mensura. quod quidem contingit vel per hoc quod super excedit mensuram vel per hoc quod deficit ab ea. sic manifeste apparet in omnibus regulatis et mensuratis. et ideo patet quod bonum virtutis moralis consistit in adaequatione ad mensuram rationis. manifestum est autem quod inter excessum et defectum medium est equalitas siue conformitas. unde manifeste apparet quod virtus moralis in medio consistit. **A**d hoc dicitur quod virtus moralis bonitate habet et regula rationis. pro materia autem habet passiones vel operationes. sic contra patet virtus moralis ad rationem. sic secundum id quod ratio est habet rationem extremam quod est conformitas. excessus vero et defectus habet rationem alterius extremi quod est difformitas. si vero consideretur virtus moralis secundum suam materiam sic habet rationem medij in quantum passione reducit ad regulam rationis. unde de philosophus dicit in iiij. eth. quod virtus secundum se habet medietatem et in quantum regula virtutis ponitur circa propria natura. secundum optimum autem et bene est extremum ad id est secundum conformitatem rationis. **A**d hoc dicitur quod medium et extremum desideratur in actibus et passionibus

